Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Si filius dei es: dic ut lapides isti panes fiant. Qui respon
dens dixit. Scriptum e: ñ in solo pane uiuet homo: sed ī omni
uerbo qd̄ procedit de ore dī. Tunc assumpsit eum diabolus ī scam
ciuitatem: et statuit eum sup̄ pinnaculū templi: et dixit ei.
Si filius dei es: mitte te deorsum. Scriptum e enim: qa angelis suis
mandauit de te: et in manibus tollent te: ne forte offendas
ad lapidem pedem tuum. Ait illi ihs rursum. Scriptum e: ñ tempta
bis dnm dm tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excel
sum nimis. et ostendit ei oia regna mundi et gloriam eorum: et
dixit ei. Hec oia tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tunc dicit
ei ihs. Vade sathana. Scriptum est enim. Dnm dm tuum adorabis:
et illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: et ecce angeli acce
serunt. et ministrabant ei. Ezechiel' ppha.

Hec dicit dnus ds. Ecce ego ipse requiram oues meas: et uisi
tabo eas. Sicut pastor uisitat gregem suum ī die quando fuerit
in medio ouium suarum dispersarum: sic uisitabo oues meas et liberabo
eas de omnibus locis ī quibus dispersae fuerant ī die nubis et
caliginis. Et educam eas de populis. et congregabo eas de terris. et ed
ucam eas ī terram suam: et pascam eas in montibus israel ī riuis et in cunctis
sedibus terre. In pascuis uberrimis pascam eas: et in montibus excel
sis israel erunt pascua earum. Ibi requiescent in herbis uirentibus:
et in pascuis pinguibus pascentur super montes israel. Ego pascam oues
meas et eas accubare faciam: Dicit dnus ds. Quod perierat req
ram: et qd abiectum erat reducam: et qd confractum fuerat alligabo:
et qd infirmum erat consolidabo: et qd pinguis et fortis custodiam: et
pascam illas iuditio et iustitia. Dicit dnus omnipotens. Sp. Matthe.
In illo t. Dir. 1. d. s. Cum uenerit filius hominis in maiestate sua et
omnes angeli cum eo: tunc sedebit super sedem maiestatis suae. Et con
gregabuntur ante eum omnes gentes: et separabit eos ab inuicem. sicut
pastor segregat oues ab edis: Et statuet qdem oues a dextris
suis: edos aut a sinistris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt.